

The Electronic Manipulus florum  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Venia h  
cum fontibus proximo et primo

*Manipulus florum*, Venia h:

Gracie tue deputo et misericordie quod  
peccata mea tanquam glaciem soluisti;  
gracie tue deputo et quecumque non feci mala.  
Quid enim non facere potui?

Et omnia michi dimissa esse fateor, et que mea sponte  
feci mala, et que te duce non feci.

Augustinus II. libro confessionum.

Fons proximus:

Dicit enim Augustinus, ibidem (II *Confess.*):  
Gratie tue deputo, et misericordiae tuae, quod  
peccata mea tanquam glaciem solvisti.  
Gratie tue deputo et quaecumque non feci mala:  
quid enim non facere potui?

Et omnia mihi dimissa esse fateor, et quae mea sponte  
feci mala, et quae te duce non feci.

Thomas de Aquino, *Summa theologiae, Secunda  
secundae*, 106.2.3 (P. Caramello ed., p.500).

Fons primus:

Gratie tue deputo et misericordiae tuae, quod  
peccata mea tanquam glaciem soluisti.  
Gratie tue deputo et quaecumque non feci mala:  
quid enim non facere potui,  
qui etiam gratuitum facinus amavi?  
Et omnia mihi dimissa esse fateor, et quae mea sponte  
feci mala et quae te duce non feci.

Augustinus Hipponensis, *Confessionum libri XIII.*,  
2.7.15 (CCSL 27, L. Verheijen ed., p.25, ll.4-8).